

Sed omnis iste sanguis alienus est & contrarius dō quem qui accendit sine dubio nadab
& abiu perferet sortem. At ergo eloquium diuinum & imponet incensum super
ignem in conspectu dñi. sed operietur sumus incensi propitiatorium. quod est super
testimonia & non morietur. & sumet de sanguine vituli & resperget digito suo su
per propitiatorium contra orientem. quod quidem apud veteres propitiatorium
pro hominibus qui fiebat. ad dñm qualiter celebraretur adocuit. Sicut quia ad
xpm uenit pontificem uerum qui sanguine suo dñm tibi propitium fecit. & re
conciliauit te patri. non haerens in sanguine carni. sed discipotius sanguine uerbi
Et audi ipsum tibi dicentem. Quia hic sanguis meus est qui pro uobis effundetur
in remissionem peccatorum. nouit qui mysterius inbitus est. & carnem & san
guinem uerbidi. non ergo in morem uerbis quae & scientibus nota sunt. &igno
rantibus patere non possunt. Quod autem contra orientem respergit non
otios accipias. ab oriente tibi propitiatio uenit. Inde est enim uir cui ori
ens nomen est. qui mediator di & hominum factus est. Inuita is ergo per hoc
ut ad orientem semper aspicias. unde tibi oritur sol iustitiae. unde semper
tibi lumen nascitur. ut nunquam in tenebris ambules. nequedies illae nouis
simus te in tenebris comprehendat. ne in ignorantiae nox & caligo subripiat.
sed ut semper in scientiae luce uerseris. semper habeas diem fidei. semper lumen
caritatis & pacis obtineas. Addit post haec scriptura. & non erit inquit homo
cum ingredietur pontifex in iherusalem in interioribus in tabernaculo testimonii.
Quomodo non erit homo ego sic accipio. quod qui potuerit sequi xpm & penetra
re cum eo omnia interioribus in tabernaculum & caelorum excelsa conscendere.
Iam non erit homo sed secundum uerbum ipsius erit tanquam angelus. Aut
forte etiam ille super eum sermo complebitur. quem ipse dñs dixit. ego dixi
di estis & filii excelsi omnes. Siue ergo spiritalis effectus unus cum dño sps fiat.
siue per resurrectionis gloriam in angelorum ordinem transeat. Recte tam
non erit homo sed unusquisque ipse sibi hoc praestat ut uel excedat hominis ap
pellationem uel intra conditione huius uocabuli censetur. Si enim factus homo
ab initio seruasset illud quod ad eum scriptura dicit. ecce posui ante oculos tuos
mortem & uitam. elegerunt. Si hoc fecisset. nunquam profecto humanum